Ros Dok Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

# Dissertatio, Juris Communis, Meckl. Et Lubec. Ex Vasta Materia, De Creditore, Per Leges Et Conventiones, In Eventus, Morositatis Et Concursus, Magis Vel Minus Securo, Nonnulla Delibans

Rostochii: Litteris Adlerianis, [1753]

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002510562**

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

RU jurist. 24.Mart.1753
Mantzel, Ern. Joh. Frid.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002510562/phys_0001
DFG

Universitäts
Bibliothek
Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002510562/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002510562/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002510562/phys_0004
DFG

(32)
33

DISSERTATIO,
JURIS COMMUNIS, MECKL. ET LUBEC.
EX VASTA MATERIA,
DE

# CREDITORE,

PER LEGES ET CONVENTIONES,
IN EVENTUS,
MOROSITATIS ET CONCURSUS,
MAGIS VEL MINUS SECURO,
NONNULLA DELIBANS.

---

QUAM,
DEO T. O. M. CLEMENTER ANNUENTE,
UT SPECIMEN,
CONTINUATIONIS,

# SELECTORUM JURIDICORUM ROSTOCHIENSIUM,

PRÆSIDE,
D. ERN. JO. FRID. Mantzeln,
SEREN. DUCIS REGN. CONSIL. ET PROFESSORE,
COM. PALAT. CÆSAR.
IN AUDITORIO PUBLICO,
ANNO MDCCLIII. D. XXIV. MARTII,
HORIS, A SECUNDA, POST MERIDIANIS,
DEFENDET,
FRID. GUSTAV. WENDT,
ROSTOCH. I. V. CVLTOR.

---

ROSTOCHII,
LITTERIS ADLERIANIS.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002510562/phys_0005
DFG

A MONSIEUR,
# MONSIEUR
# EPHRAIM WENDT,
SENATEUR TRES MERITÉ DE LA REPUBLIQVE DE ROSTOCK,

SON TRES-HONORÉ

ET

TRES-GRACIEUX PERE,

PRESENTE

CETTE PREUVE DU PREMIER PAS VERS LA CHAIRE PUBLIQVE DES SAVANS,

AVEC

TOUT LE RESPECT IMAGINABLE ET TOUTE LA RECONNOISANCE POSSIBLE

DE

TANT DE BIENFAITS

ET

DE BONTÉS PATERNELLES,

le plus reſpectueux & le plus obeiſſant fils

FR. GUST. WENDT.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002510562/phys_0006
DFG

# PRÆSTANTISSIMO
# DN. RESPONDENTI,
FELICIA PRECATUR,

PRÆSES.

Qvinqvageſimus ſeptimus es, *Honoratiſſime Domine* WENDT! filius Roſtochienſis, qvi, meo ſub Præſidio, defendit diſputationem, Typis expreſſas numero; qvod enim ad Collegia diſputatoria, qvis numeraret exercitia. Sunt, inter illas, inaugurales XVI; Qvibus accedere poſſent aliæ plures, jam examinatorum Candidatorum. Promotos, mea voce, & Magiſtros & Licentiatos & Doctores, filios Roſtochienſes, numerare poſſum viginti ſeptem. Probat hæc recenſio & me eſſe multorum annorum Profeſſorem & florem inclytæ urbis Roſtochienſis gloriamqve illius ex bona filiorum educatione. Omnino etiam felix eſt hæc civitas, ex Academia. Singularem & inde habet prærogativam, id qvod aliqvando, in oratione: *de M. A. Mureto Roſtochii exiſtentiam ignorante*, *vid. ejus epiſtola ad Ciacconium*, *aut veteratore*, *aut geographo*, *pueris inferiore*, demonſtravi; Variæ ſunt præterea prærogativæ, urbis Academicæ, redundantes in familias incolarum. A teneris juvenes ſtudiis dicandi vident audiuntqve, qvæ emolliunt mores, excitant ſtudium & faciunt viros. Recenſeantur Viri, per ſecula, ad hodiernum, in omni ordine, apud exteros, ad officia promoti, qvi ſunt Roſtochienſes; Careret credo plurimis eccleſia & Respublica, niſi parentibus Academia dediſſet occaſionem atqve faciliorem in ſtudiis enutritionem. Singularis etiam eſt gloria Incolarum Roſtochienſium, qvod ſint benevoli & gratioſi, erga Studioſos. In antiqvis programmatibus, ad funera, invitatoriis, ſæpe leguntur perſvaſoria hæc verba; Fuit enim ordini noſtro maxime benevolus: V. gr. de

Sena-

Senatore B. Henningo Beſelin, ſcribitur in progr. in filium, qvod de Academia bene mereatur, anno 1564. Dignæ ſunt, qvæ poſt ſeculum, repetantur, verba concionis Jubileæ, B. Quiſtorpii: Es ſind ja gemeinlich etliche hundert, ja tauſend und oftmahls mehr Studenten auf dieſer Univerſitet. Ich wil jezo nicht ſagen, von dem Vortheil, den von der Univerſitet alle = = Einwohner haben = = von dem groſſen Nuzen, = = welche ihre Kinder ſtudiren laſſen = = daß dieſe Stadt, wegen der Univerſitæt, in fernen Orten bekannt. Non patitur pagina, aurea verba ſingula. Adjicio unicam periodum: Dieſes als kein geringes Stück mag referiret werden, daß bey uns ſtetig über die 200. Studenten, welches in keiner Univerſitæt, in gantz Europa geſchicht, für die inſtitution derer Kinder, bey denen Inwohnern dieſer Stadt, ihren gantz freyen Tiſch und reiche Unterhaltung haben. Redeant ſimilia tempora: & qvidni? Eatur per cauſarum genera.

Sed tecum mihi res erat, *dilectiſſime Domine* WENDT! Optimæ ſpei es filius, Patriæ & *Ampliſſimi atqve Prudentiſſimi Domini Parentis, Senatoris meritiſſimi, Fautoris mei maxime colendi.* Probat hanc ſpem Tua ſolertia, qvam qvotidie experior. Faxit Deus, ut Patriæ & familiæ ſplendidiſſimæ fias decus & ornamentum. Ego ubiqve congratulabor, certus de Tua Tuorumqve, erga me, benevolentia. Propone Tibi ſumma & eſto filius Roſtochienſis, optimorum æmulus. Qvod reliqvum, notes velim, mundum regi contractibus innominatis, qvi non tantum de præſenti & de futuro ſunt concipiendi, ſed etiam de præterito. Ita enim utriqve genti, malæ nempe & bonæ, per veros & qvaſi-contractus, innominatos (patiuntur enim eam diſtinctionem) par eſſe poteris. Species illa: *Qvia feciſti, faciam*, eſt maxime notabilis. Vale & eſto memorabilis.

Dab. Roſtochii, die 21. Mart. anni MDCCLIII.

# SELECTORUM ROSTOCHIENSIUM,

## FASCIC. VII. SPECIMEN I.

DEFENSUM

A

FRID. GUSTAVO WENDT,

ROSTOCHIENSI,

ANNO MDCCLIII. d. XXIV. MARTII.

---

## *INGRESSUS.*

EQuo fiat ſeptimus, Selectorum Juridicorum Roſtochienſium, faſciculus, invitantur Domini Commilitones, omnium Facultatum Studioſi, qvales elapſo anno huic labori ſuam communicarunt operam, Singulis Diſſertationibus, qvarum per æſtivum ſemeſtre ſex ventilabuntur, b. c. D. deſtinata erit collectio, obſervationum, ſub uno rubro concipiendarum. Præſens primum ſpecimen compoſitum eſt ad rubrum, qvod



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002510562/phys_0009
DFG

exhibet pagina, nimirum *de creditore, per leges & conventiones, in eventus moroſitatis & concurſus, magis vel minus ſecuro.* Delibata hæc ſunt, ex vaſta materia, qvam plene exponere & magnæ molis poſceret librum & ſuperfluum, propter tot exaſciata foret opera. Themata igitur, nonnulla ſelecta præbentur, prouti illa ſuggeſſit, vel chartularium Facultatis, vel aliud obſervandi & meditandi ſtudium. En, Benevole Lector! qvæ, per numeros, cathedræ dicavimus capita.

### *MEDITATIO I.*

De *nævis, proceſſus, concurſus creditorum, eluendis.*

Hæc ipſa manus, anno 1750, menſe Februario, ad numerum ſeptimum, hebdomalium paginarum, Mecklenburgicarum, quas dicimus Fragen und Anzeigen, vulgo Intelligentz-Bogen, exhibent Gedancken, von der Verbeſſerung, des Juſtitz-Weſens, inſonderheit in Abſicht, auf die Concurs-Proceſſe. Præmittebatur querela, a *B. Dn. de* LEYSER ſalſe concepta, in meditationum ſpecimine 480, verbis: *Inter publica mala proximus, poſt bellum & peſtilentiam, locus proceſſui, qvi, in concurſibus creditorum, uſu judiciorum Germanicorum, obſervatur, tribuendus eſt.* κ. τ. λ. Demonſtrabatur, quomodo reſecari poſſent tædioſi illi anfractus. Lecta ſunt & legentur lineæ ab amicis approbantibus. Facere & conquirere maſſam non eſt labor decennii: Inventarium fit ſimul & una. Creditores convocantur affixis, per tres menſes: Diſputationes illorum, ſuper prioritate fiant coram. Claſſificatio eſt artifici

ſici JCto idem, qvod architecto exſtruere domunculam. Gravatos ſe putantes brevioribus expediant inſtantiam reſtitutoriam; Qvi non ſunt impugnati, usque ad primum, cui ſit vexatio, accipiant ſua, nec aliis, qvi, poſita victoria, omni caſu tuti, denegetur ſolutio &c. Legantur ipſiſſima, ſi placet; abſolvuntur illa verbis: In einem Jahre iſt alles zum Ende. Data occaſione, etiam intricatiori et diffuſiori, probabimus aſſerta. A multitudine creditorum & quantitate argumentari, non multis licet. Plebis eſt æſtimare ex mole actorum difficultatem, niſi numerum aliquot menſium vel hebdomadum invidere quis velit pluribus diſtracto laboranti. Inter centum creditores ſœpe ſunt nonaginta, qvorum vel ſola nomina, cum annis & quantitatibus, ſunt tantum ſcribenda vel qui tandem promiſcue, ut nudi, recenſeri qveunt. Novimus, hanc noſtram, jurisprudentiam diſplicere nonnullis; ſed ſcianti illi, quod nobis ſint, ab affectu & moribus notiſſimi, Qvænam autem ſunt illæ ſex controverſiæ & qvæ forent illæ qvindecim obſervationes, quarum eodem loco ſit mentio? Reſpondetur, ſalvis ulterioribus; Controverſiæ Mecklenburgicæ ſpeciales ſunt variæ,

I. In qvæſtionibus adjudicatorum. *Vid. Diſſ. Mülleriana* ſpecialis & conferantur, quæ Jus noſtrum Meckl. illuſtratum habet paſſim.

II. In colliſione conſenſuatæ hypothecæ, cum uxore & cum aliis creditoribus, ſecundæ claſſis. Vid. Conſtit. de 1644. & TORNOV. *P.* 1. *p.* 682. *ff.* STEIN *de reluitone feudi, p.* 19.

III In vero ordine piorum corporum, aliis ea, ante omnes hypothecarios, in prima claſſe, ut loquimur; aliis autem illa poſt ſecundam claſſem, ſuperiori loco, in tertia collocantibus. Vid. mox numerus ſpecialis. *Legantur omnino diſſertationes inaugurales, Dn. Conſil.* DUVEN *& D.* GRÖNINGEN *ſub hoc præſidio habitæ; B.* SIBRAND *ſing. Jur. Meckl. exemplo XI.*

IV. In qvæſtione, qvænam ſint pia corpora, & in lite de actionibus a pio corpore, vel in illud ceſſis,



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002510562/phys_0011
DFG

V. De uſuris ultra alterum tantum. Vid. præjudicia, contra alia, apud TORNOVIUM *de feud. Meckl. P. I. p.* 689. 692.

VI. Qvandoqvidem Jus Lubecenſe tantos in Megapoli radices tantosqve habet ramos, de pecunia ſine uſuris credita, non poſſumus non concipere controverſiam patriam. Nulla ſane particula juridica magis ſophiſtice, qvam hæc, tractatur. Ratio privilegii vera eſt: Daß jemand, aus bloſſer Liebe, auf einige Zeit, ein Capital an einen Freund geliehen, umb ihm dadurch aufzuhelfen; Da im Gegentheil, durch andrer zinsbare Anleyhe ihm nicht ſonderlich gedienet geweſen. Applicetur hoc, & rariores erunt, tot nunc prærogativæ.

Obſervationes, leges anhelantes, ſunto hac vice ſeqventes?

I. Sumtus concurſus, in aliis provinciis quibusdam, rectius detrahuntur, juxta ratas, ne unus ex creditoribus plectatur, pro omnibus martyrio. *Vid. Diſſ. Dn. D.* RICHTERI *inaug. ſub hoc præſidio habita, ſ. t. Nonnulla prima Juris German. de concurſu creditorum, Sect. I. §.* 19. *II. §.* 27.

II. Expenſis funebribus modus ponendus.

III. Præſtantius eſt Jus Lubecenſe, unius anni uſuras, loco, cum ſorte eodem, concedens. *Vid. tamen diſſ. ſub ill. Dn. de* BALTHASAR *anno* 1749. *hab. a Dn. D.* HERZBERG, *de uſuris, Jure Lub. in concurſu cred. in eadem claſſe cum ſorte integre collocandis*; quæ tamen praxin ſalvam relinquit.

IV. Qvæſtiones illatorum uxoriorum vexant fora; communiter vel uxores jure ſuo excidunt, vel ad ſuppletoria, cum periculo, admittuntur.

V. Communio bonorum inter conjuges, & ad effectum obligationis erga creditores, & lucri ſtatutarii, conſultiſſime introduceretur. Vaſallos, hinc feuda, excipere ſvadent alia.

VI. Differentiæ Juris Communis Meckl. & Lubecenſis, ſi non qva omnes juris titulos, tamen qva hanc ſubſtratam tollantur. Qvo loco diſſimulare neqvimus hypotheſin

no-

noſtram, qvod non ſit verum privilegium, Civitatis alicujus, uti Jure Lubecenſe, quamvis ſit ex antiqvo diplomate; Unde qvid ſequatur, prono flueret amne. Vexamur qvotidie qvæſtionibus de receptione vel integrali, vel particulari.

VII. Qvando novationem factam eſſe cenſendum ſit. e. gr. qva mercedem famulorum, die ihren Lohn freywillig bey denen Herren ſtehen laſſen, unde detenta clamitans ea dici nequit. Aliud exemplum faciunt liberi emancipati, qvi jure matris volunt frui. Aliud in qvæſtionibus ſeparationum, immo ipſorum adjudicatorum.

VIII. Separationis jura eſſe ad qvinqvennium non reſtricta, num impediat, an vero promoveat fidem. *Vid. Diſſert. Carmonio-Eggerdeſiana ſpecialis.* Memorabilia ſunt exempla patria, ſeparationis duplicis, da die großväterlichen und väterlichen Schulden von des jetzigen Liqvidati eigenen und dann wieder unter ſich geſondert worden. Incidit antiqvum ex chartulario anni 1657, concurſus exemplum, nempe von Barners zu Schien.

IX. Jura quaſi-ſeparationum, quando nulli in themate ſunt heredes, vexant creditores & curias.

X. Verus intellectus conſtitutionis Meckl. de d. 29. Jan. 1646. *Vid. ſpec. Diſſ. inaug. Dn. D.* BUCHHOLTZ, *noſtro ſub præſidio hab. anno* 1750. Qvæſtio: Qvid juris in condominio interimiſtico illo, acuit ingenia & calamos.

XI. Obex ponendus privilegio piorum corporum, ne omnibus bonis viris, antea creditoribus, fraudi ſit. Si dicendum, qvod res eſt, integra conſtitutio erat temporaria, adoptata tamen inter perpetuas. Detur Adminiſtratoribus fide dignis ſalarium & reddantur illi per pericula vigilantes.

XII. Collegio fortuito creditorum, (ita appellare lubet concreditores junctim ſumptos) dentur leges nonnullæ, ad effectum exercitii juris temporarii, curatoris eligendi, inſtruendi, pactorum remiſſoriorum &c,



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002510562/phys_0013
DFG

XIII. Jura uſurarum, pendente concurſu, reformatione indigent.

XIV. Qvænam pecunia ſit hæreditaria, vid. EHRENTRAUT *Tr. ſpec.* Qvæ ſint jure reſervati dominii, *vid.* OSANN *diſſ. Erford. de pacto reſervati dominii in venditione, usque ad pretii ſolutionem, ejusque effectibus inſignioribus, in concurſu potiſſimum creditorum* 1735.

XV. Qvinam ſint limites actionis paulianæ. *vid. Dn. Lic.* BOUCHHOLTZEN *diſſ. Harderovic. ſpec. ex anno* 1750.

Hæc rimari juvaret. Qvantum promoveri qveat fides & ſecuritas, per pœnas obæratorum, ceſſionis beneficio indignorum, quis eſt, qvi non palparet. *Vid. Jus Meckl. illuſtr. Cent. V. judic.* 38. 45. *diſſ. Duvio-Manzeliana de ſing. conc. cred. meckl.* Beneficii competentiæ limites legislatoria manu figere, expediret maxime. Sed hæc ſunt nonnulla ex multis.

## *II.*

## Ad §. 46. 47. Inſtr. Pac. Osnabr. Art. IV.

### *De Nominibus, inter metum armorum, contractis.*

Circumſpectio Legatorum, ad Pacificationem Weſtphalicam, proviſionem, illuſtrem fecit, in dictis §§. Verbis: *Contractus, permutationes, transactiones, obligationes & inſtrumenta debiti, vi metuve, ſeu ſtatibus, ſeu ſubditis illicite extorti - ut & redemptæ ceſſæqve actiones abolitæ atqve ita annullatæ ſunto, ut ullum judicium actionemve eo nomine intentare minime liceat. Debita ſive emptionis, venditionis, annuorum redituum, ſive alio nomine vocentur & ab una alterave belligerantium parte, in odium creditorum violenter extorta ſint, contra debitores veram violentiam & realem ſolutionem interceſſiſſe allegantes & ſe ad probandum offerentes, nulli proceſſus executivi decernantur, niſi his exceptionibus prævia plenaria cauſæ cognitione deciſis.* Macte! Varii emerſerunt caſus, de qvibus acriter fuit certatum, an termini ſe haberent adæqvate. Sæpe ſe, in noviſſimis temporibus, prodidit debitorum ignorantia hujus ſanctionis. Majores propter hos textus interdum

vel

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002510562/phys_0014
DFG

vel ſiluerunt ipſi, vel ad ſilentium fuere redacti. Nepotes, chartas atque membranas, inter reculas abjectas, repertas, produxerunt, atque ab incautis debitoribus acceperunt nummos. Inter labores Fac Jurid. hujus Almæ habentur caſus ſumme memorabiles, qviqve inſtar Commentariorum, ad §§. all habendi; Supereſt, inter excerpta, memoria unius, ex anno 1656, & alterius ex anno 1663 de Comite de S. qui immanem qvantitatem, a patria noſtra ad gvarentigiatum exigere conabatur inſtrumentum. Sed fatum, qvod ſubire debuit chartularium intercepit p. t. extenſionem. Stat tamen ſententia, qvod textus illi ſint pragmatici, qvoties vel præſcriptionis exceptio, vel novantium incuria non perimit prætenſionem, vel ſalvat eandem.

### III.

*De bonis uxoriis, in dubio dotalibus, deque totius diſtinctionis, inter dotalia et paraphernalia, qualitate.*

Anno 1747. m. Oct. Facultas, ad ſententiam Grabovienſem, claſſificatoriam, creditorum, H. J Geiſten, ita: Bey der Ehe-Frauen prætenſionibus iſt es gewiß, daß die quæſtio præjudicialis, ob, in dubio, die fräulichen Güter für dotal oder paraphernal zu halten, vielem Zanck ausgeſetzet, und dis darumb vornehmlich, auſſer andern Abſichten, weil der uſus practicus, bey Concurſen, von ſonderlicher Folge. *Vid.* BARTH. *Diſſ. in Praxi n.* 220. Weilen wir aber, unſers Orts, bevorab bey den Leuten mäßigen Standes, die eben keine Ehepacta machen, oder ſonderliche cautelen beobachten, die Frage, nach der ſimplicitate naturali, welcher die conſcience dergleichen Leute folget, zu entſcheiden gewohnt ſind; Und es ganz gewiß iſt, daß die Ausdrücke: N. hat mit der N. ſo viel befreyet; Sie hat ihren Manne diß und das zugebracht, etc keine andre idee, alß des Braut-Schatzes verurſachen; Und diß, nach denen reinen principiis Juris Germ. welches die diſtinction, inter dotalia et paraphernalia überall nicht kennet, ſondern die Redens-Art alleine gelten läſſt: Dem ich meinen Leib betraue, dem betraue ich auch mein Guht. Vid. noſtri ævi Scripto-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002510562/phys_0015
DFG

Scriptores peritiores, omnes et ſinguli. Conf. Jus Lubecenſe illam diſtinctionem ignorans; So haben wir des Liquidati Ehefrauen, in Beyſtand der Meckl. praxeos, dieſen rang gönnen müſſen. Ueberhaupt bleibet es indeſſen doch dabey, daß das fräuliche Vermögen, welches nicht für paraphernal will gehalten ſeyn, muß ſchon, (ſalvis pactis) zur Zeit der Ehe, actu ſecundo, in bonis der Frauen geweſen ſeyn. Und wenn das iſt, wird der ſtatus regulæ und der minus artificialis conceptus die intention beyder Theile beſtättigen, daß keine Neben- ſondern rechte eigentliche Ehe-Güther erfreyet und zugebracht worden. Es wird ſolches, in dieſen Landen ſo viel gewiſſer beyzubehalten ſeyn, als man feſtgeſetzet, daß die bona paraphernalia der Frauen nicht etwa in bloſſer berechnenden adminiſtration des Mannes ſind, ſondern daß derſelbe den Nießbrauch davon habe; Alß woher nemlich flieſſt, daß, bey wegfallenden favore, des Zuwachſes derer revenues, es die gröſſte Unbilligkeit wäre, wenn man, wider die circumſtantias facti, und wider die erſte intention, der Ehegattin illata, zu paraphernalibus machen und zugleich die Ehe-Frauen umb die uſuras und den Rang bringen wollte. Ita toties, quoties. E. gr. anno 1745 ad ſent. Gvelpherb. in cauſa V. contra G. ex qua inferius aliud datur excerptum. Verba ita fluebant: Zwar ſchiene die, von vielen DD. angenommene Regel: In dubio bona uxoria cenſentur paraphernalia ſich in den Weg zu legen; Allein, da eben dieſelbe auf den favorem derer Eheweiber abzielen ſoll; würde, nachdem ſecundum mores Germ. die Ehemänner nicht mehr nudam adminiſtrationem, ſondern uſumfructum paraphernalium haben, ſie von ganz widriger Wirkung ſeyn, wenn man nicht die præſumtionem pro dotalibus, bevorab in Abſicht derer Güther, die die Eheweiber, tempore initi matrimonii, ſchon hatten, beſtimmen wollte. *Leg. diſſ. notiſſimæ* HARTMANNI *et* GÆRTNERI.

## IV.

### *De Credente, in rei reparationem, difficili verſionis probatione haud onerando.*

Ad eandem ſententiam ita diſſerebatur: Die C J. Sponholholzen haben wir denen andern hypothecariis, ſowol publicis, als

uls privatis, vorziehen können, weil die Anleyhen, zur Herſtellung abgebrannter Häuſer, allerdings zu erheben; Die probabilitæt ſtreitet fur dieſe creditricinn, immaſſen Liquidatus um die Zeit der Anleyhe wircklich gebauet hat und es iſt uns eine brauchbare Wahrheit, daß man die probationem verſionis, an dieſer Stelle, denen creditoribus nicht zu ſauer machen müſſe. Qvod ad diſſert. Crellianam, de privilegio pecuniæ, ad certum uſum creditæ, ex animo dantis æſtimando, arbitrium nobis ſemper ſervamus.

V.

*Ad Conſtit. Meckl. de prælatione piorum corporum.*

Pergebatur in dictis rationibus: Hierauf folget der Oeconomus Blume, mit der Kirchen-Stuhl-Heuer. Denn hat die Landes-Conſtitution denen piis corporibus in genere, vor allen hypothecariis und zwar, nach der gemeineren Erklärung, dererjenigen, die zwar publicam, aber nicht privilegiatam hypothecam haben, den Vorzug verliehen, ſo ſtehet Liquidant an ſeiner rechten Stelle. Vid. Conſtit. de 1644. v. ihren liqvidirten Forderungen, es ſeynd darüber Verſchreibungen aufgerichtet, oder nicht. Gehen gleich einige JCti noch höher hinauf, vid. referentes, CARMON *de diverſo hypoth. jure*, §. 22. DUVE *de Jure ſing. Meckl. qva conc. cred.* GRÖNING *de jure prælationis piorum corp. in Megap. Ambo, in diſſ. inaug. ſub præſidio* MANTZELIANO *habit. conf. de* BALTHASAR *de matric. eccl. p.* 188. ſo haben wir doch in dieſem Collegio die Weiſe, der praxi communiori zu folgen, vid. tamen contraria judicata, *in diſſ. Carmonio Burmeiſteriana jam all.*

Eſt hic paſſus ex illis, qvorum determinationem anhelat patria. Interpretatio avthentica, proprie talis, haberi neqvit: Doctrinalis, voces: Allen hypothecariis mox ex- mox includendo privilegiatos, accipit, premit vel torqvet. Uſualis variat, etiam pro temporum & membrorum unius ejusdemqve Collegii diverſitate. Ultima, in Conſiſtorio ducali, deciſio, in cauſa creditorum des Paſt. G. zu L., favorabiliorem pro eccleſiæ pro fundamento ponens, liberos, ex jure matris competitores, poſtpoſuit. Qvoties acta ad extraneos mittuntur, aleæ res fieri ſolet. Hiſtoriam edicti, qva vota conſultantia, hactenus

videre non licuit, & forte non dantur in annotatis, qvia multæ emanant novæ leges, absqve protocollo. Nova igitur ſuprema deciſione opus erit. Si ex mandatis, t. t. ad totam provinciam & dicaſteria directis, juvari poterit, ſunt in promptu eadem, E. gr. ad univerſos, an alle und jede, ita habet, zu den Gerichten verordnete, Bürgermeiſtere, Richter und Räthe, Stadt-Voigte und Gerichts-Aſſeſſoren, Beampte und Lehn-Leute, d. d. 6. Febr. 1644. An die verordnete Canzley-Directoren und Räthe zu Schwerin, D. Hein, Gerhard Meyern und Peter Clementen. Merentur, typos, qvoniam illuſtrant.

Non tamen in immenſum extendendus erit piorum corporum favor, datur enim & in piis cauſis qvod impium eſt. Hinc qva jura, a pio corpore & in illud ceſſa, acris eſt diſputetio; Vid. Jus Meckl. Jll. Cent. 4. jud. 71. ſ. Hinc indirecta & mediata, cum omni lato, ſtricto oppoſito, ceſſent & abſint. Hinc in qvæſtionibus ultimarum voluntatum, ſit modus in deciſionibus. Inter creditores illos Grabovienſes, de qvibus in hoc numero, conamen ſe exſerebat, ſeqventi deciſione repulſum: Daß die Glaſinſche ſich einbildet, die jura pii corporis daher zu gewinnen, weil ſie das Geld, dem Liqvidato zu Liebe, obwol auf ihrem Nahmen, von der Spornizer Kirchen aufgenommen, gehet überall nicht durch, weil die Kirche nicht liqvidiret, auch nicht liqvidiren können, indem die Obligation ſo wenig immediate, als per ceſſionem, auf dieſen Liqvidatum lautet. Und obwol der Paſtor die Zinſen, durch die Hand dieſes Liqvidati empfangen, auch wol gemercket haben mag, daß die Glaſinſche dies Capital nicht für ſich aufgenommen, hat er doch den Liqvidatum nicht anders, als ein Mittel-Werckzeug beſchrieben. Und überall gehöret, zur Erſtreitung des Vorzuges, viel mehreres, ſo daß auch, nach vieler Meynung, die ceſſiones nicht einmahl dahin reichten.

*VI.*

*De hypotheca publica, non ex die inſtrumenti, ſed annotationis, præciſe æſtimanda.*

Der Herr Baron v. K hatte eine Obligation, vom 9 Decemb. 1733. die war ins hypothequen-Buch getragen, anno

1742.

1742. am 7 Junii. Der Kaufmann W. hatte eine dergleichen, vom 1 Febr. 17 7, die war, anno 1742. am 6 Febr. confirmiret. Da es nun mit des P. W. Friedrichs Umſtände zum concurs gerieth, meynte der Baron, er müßte dennoch, weil ſeine obligation älter, vorgehen. Putabat ille, die confirmation ertheile kein neues Recht; er habe ein älteres jus reale, und alle confirmationes geſchähen ſalvo jure tertii. Non contentus vivebat pronunciato, remedii rejectorio, publicato in Ill. Cancell. Gvelpherbytana; Apprehendebat ſupplicationem, addens prioribus, der W. habe gewuſt, daß F. ſchon zur Zeit der confirmation in ſehr ſchlechten Umbſtänden wäre. Reponebat ſupplicatus, dieſe Lehre ſey gar zu neu, und man habe keinen animum defraudandi gehabt, weil alles drey Jahre ante concurſum gethan. Pron. confirmatorie, cum refuſione expenſarum, ex his, in ſubſtantia, rationibus: Prior tempore potior jure lieſſe ſich ā dato hypothecæ privatæ nicht, ſondern a die confirmationis nur ſagen: auch ein momentum mache præferentiam, *per l. 10 ff. qui pot. in pign.* Hypothecarii publici hielten auch ordinem temporis, juxta perpetuam praxin. Und als ſo gar keine Doctores der gegenſtändigen Meynung beyfällig, haben wir müſſen den Supplicanten in die Koſten vertheilen, indem auch der neue Einfall, de acto in fraudem creditorum, weil man nicht in limine concurſus verſiret, (wiewol es auch damit noch ſo helle nicht in jure) keinen Fuß faſſen mögen.

### VII.

### *De mandante, in quarta claſſe creditorum, ante alios, excepto deponente.*

Anno 1747. m. Maji Collegium, in cauſa der Gräfin von Mellin, ad acta des Baumannſchen Concurſus, ita ſcribebat: Dem Juri communi iſt es ganz gemäß, daß man einen mandantem nicht müſſe zum nudo chirographario machen, ſondern ihn einen perſonaliter privilegiatum heiſſen, *arg. l. 7. §. pen. ff. depoſ. l. 24. §. 2. C. de reb. ant. jud. poſſid.* Der contractus depoſiti und der mandati ſind ſich weſentlich ganz gleich, und die interpretatio comprehenſiva, welche auch in jure ſingulari ſtatt

 fin-

findet, trift den einen in dem andern. Ja, wo man den medium terminum, ſecutum eſſe N. amici fidem, recht anwendet, iſt das Vertrauen zu einem mandatario viel gröſſer, bey erheblichen affaires, als zu einem depoſitorio; allermaſſen man etwas verſiegeltes oder verſchnürtes, auch wol zur Bewahrung Leuten in die Hände ſtellet, die man eben ſonſt nicht ſonderlich ſchätzet, aber nur nicht für Diebe und Spizbuben hält. Wir ſind daher auch der überzeugenden Meynung, daß das Lübſche Recht, in dem Ausdruck, der treuen Hand, allerdings auch den contractum mandati begreiffet; Wie wir ſonſt breiter dargethan haben. MEVIUS *in Comm. ad tit. Jur. Lub. concernentem*, ſchreibt auch *n* 13. 24. depoſitariis, mandatariis &c. Die Pomm. Claſſif. Ordn. hat dieſe Worte, welches wir nur als zur Erläuterung der aſſertionis Juris communis anziehen: Die Foderungen, ex depoſito, commodato, oder ſonſten, wegen anvertrauter Güther, die der Schuldner verändert, oder verthan hat. *vid. Dn. de* BALTHASAR *diſſ. Jus Comm. Pomer. & Lub. qva claſſif. cred. p.* 32.

*VIII.*

*De ſolutione, ſtante beneficio inventurii, primo venienti creditori facienda.*

In Regula: vigilantibus jura ſunt ſcripta, & alia: Qvilibet ſcire debet conditionem ejus, cum qvo vel contrahit, vel contraxit, juvare debet, juris diſpoſitionem, in materia, de beneficio inventarii. Omnem igitur creditorem decet, attendere mutationes, conditionis ſui debitoris, qvarum ſunt potiores, mors & ceſſio bonorum. Ex hoc principio laudavimus alio loco Jus Lubecenſe, non affigens per tria territoria proclamata, ſed per annum, a die ceſſionis, maſſam bonorum publica ſub curatela detinens. Der ſich, ita in rationibus, binnen einem Jahre nicht einmahl nach ſeinen Debitoren umgeſehen, mit demſelben durch Briefe oder ſonſt Verkehr gehabt, oder nichts darauf gegeben, ob er lebe, oder todt ſey, ſtehe, oder falle, mag ſich keinesweges einer Wachſamkeit rühmen. Ad ſubſtratum, de adita hereditate dubia, cum beneficio inventarii, qvadrat pariter hæc aſſertio, rectius tamen combinaretur legaliter, cum con-

conceptu beneficii deliberandi, junctis inhibitionibus qvibusdam atqve cautionibus. Leges voluerunt proſpicere heredibus, pariter ac defunctis, qva famam ſcilicet; Verum peſſime conſuluerunt creditoribus, qvoniam deliberantes ſæpe fallunt atqve coqvunt & ab inventario ad maſſam concludere, negative eſt lubricum. Tandem & in eo hæret labes, qvod gratificationibus, alias illicitis & pomo eridos, actioni paulianæ nempe, viam parantibus, obex non ſatis ſit poſitus. Adſit medica legislatoris manus & hoc loco prræſcindens ea, qvæ partem trahunt ſinceram. Ad ſententiam Gvelpherb. anno 1745. in cauſa Voigten contra Gödeken, ita: Bey dem beneficio inventarii ſol niemanden gratificiret werden. *Vid. l. f. C. de jure delib.* (qvæ eſt inſtructiſſima & Juſtiniano ejusqve Miniſtris glorioſa) *Leg.* RHET. *de non-gratificando*; daher iſt geſprochen, zu ſchwören, daß man nicht gefährlicher Weiſe und andern Creditoribus zu gratificiren, die Prætenſion der Klägerin beyſeite geſetzet. Wir haben auch ſonſt alle competentia reſerviren und offen laſſen müſſen. GOTHOFR. ſchreibet, als ein Vorgänger aller practiſchen Doctorum, *ad* §. 4. *dictæ l. f.* Si neſciverit alios, tempore (jure) priores; Si ſciverit illos, primo venientibus ſolvere non debet. *Add.* BRUNN. *ad l. eand. n.* 31. Endlich wil expreſſe der §. 6. *d. l.* den regreſs, adverſus creditores, qvibus gratificatum, vorbehalten wiſſen. Prudentia legislatoria facile novam inveniret viam.

## IX.

*De ſumtibus, creditoribus ſingulis, in concurſu cauſatis.*

Tandem ad ſententiam eandem ita ſcribebat Facultas: Und als verſchiedene creditores, auſſer ihrem Capital und Zinſen, die gehabte Unkoſten angereget, haben ſie dieſelben alleſammt zu ſpecificiren, und wenn Liqvidatus nichts weiter dagegen einwendet, ſolche, inter chirographarios wahrzunehmen. Rationes: Endlich haben wir die Unkoſten, worauf einige Creditores reflectiret, nicht anders, als geſchehen, anziehen können. Die, bey Gelegenheit eines Concurſus, vorkommenden Unkoſten werden nie mit an die Stelle des Capitals und derer Zinſen geſetzet,

und wenn vorhero ſich creditores, durch particular-proceſſe in Koſten geſetzet, ſind wir, und ob auch die chirographa derer Unkoſten Erwehnung thun, dennoch nicht gewohnt, anders als geſchehen, darauf zu reflectiren.

X.

*De diviſa, inter tutores, vel curatores, adminiſtratione.*

Pupillos & minores eſſe creditores ſuorum tutorum, vel curatorum, &, propter eorum ſecuritatem, introductam eſſe obligationem plurium virum, in ſolidum, qvis eſt qvi negaret. Exceptiones igitur ſunt, qvæ diviſas exhibent tutelas & fundatiſſima eſt illa, ſi magiſtratus, qvoniam privata tutorum diſtinctio nil operatur, diviſerit adminiſtrationem. Agebatur de altera, anno 1739. in cauſa des Herrn B. M. v. L. nempe de diviſione, per defunctum in diſpoſitione factam. Diverſa erant prædia, qvæ jacebant in objectis adminiſtrationis, Pomerana nempe & Mecklenburgica. Non præciſe qvidem erat ſecuritas in themate; tractabantur tamen huc facientia & ad omnes caſus applicabilia. Accipiantur nonnulla ex multis, qvæ nomine Collegii Juridici, hujus Almæ ſcribebantur. Obwol 1) die Ableinung des Pommerſchen Vormundes, auch möchte dem Mecklenburgiſchen recht, mithin der Kläger nicht wol daran ſeyn; Obſchon 2) das forum domicilii in regula zu præferiren, und es 3) klaren Rechtens, *per l. 9. & 28. C. de admin. & peric. tut.* qvod curatores actiones, adverſus minores, ſuſcipere debeant; Mithin es 4) des belangten curatoris Sorge zu ſeyn ſchiene, die behufigen Papiere, von dem andren curatore herbey zu hohlen. So haben dennoch die beyden Herren Curatores, ex diſpoſitione paterna, confirmatione approbata, gantz diſtincta munera, und es iſt zwiſchen beyden curatoribus gar kein nexus, ſondern einer kan den andern übel halten, wenn er ſich in jenes departement meliret, und der Herr curandus ſelbſt hat keine Wahl, von wem er Rechenſchaft fordern wolle, immaſſen die munera getheilet.

Sed qvis habebit prærogativam, in juribus pupilli tertiis emergentibus, v. gr. Si hereditas alicubi deferatur. *Titulus C. de dividenda tutela & pro qva parte qvisqvis tutorum conveniatur,* eſt

eſt inter apertos; ſed oriuntur nebulæ, ad BRUNNEMANNI *verba ad d. t. n.* 10. *Si adminiſtratio a teſtatore, vel judice diviſa, ſit, tum qvilibet de ſua adminiſtratione tantum tenetur.* Verba reſponſi dicti, inter alia, & hæc erant: denn ſonſt bleibet ihnen wol allerdings die direction der Perſon, qvæ ſua natura individua, in gleichem Gewichte und Rechte. Spinoſa hæc ſunt, contra qvæ variis cautelis, & a parte judicis & a parte tutorum vel curatorum, ne alter fiat alteri ſubordinatus, opus omnino erit.

*XI.*

*Qvadriga obſervationum ſingularium.*

An civitas Meckl. cujus prædia, per calamitates bellicas tricennales, fuere creditoribus adjudicata, perpetuum habent jus reluendi, vel ſi mavis, revocandi, retrahendi, reuniendi? qvæſitum fuit nomine Magiſtratus Neo-Brandenb. anno 1674. Reſp. aff.

An in adjudicatarium prædii, utut ſeparati, tranſeat, Jurisdictio, qvæſitum fuit anno 1658, a Collegio & negatum ſalvis pectis.

Retaxationem, in adjudicato partis prædii feudalis, fieri poſſe, vult affirmari juris noſtri analogia.

Relegetur *lex* 11. *C. qvi pot. in pign.* de hypotheca qvaſi publica.

***************************************

## *COROLLARIA.*

1. Machina illa, qvam & ad ripam fluvii noſtri, Warnovii, am Strande, habemus, dicta der Krahn, forte nomen indepta eſt, a grue, den Kranich, propter ideam colli. Novimus qvod geranium appelletur & qvod a generali verbo, gerere ab aliis derivetur. Sed hic luſus non eſt de illicitis. Obſtat tamen ingenio ætas & pronunciatio popularis apud nos, qvæ den Kranich appellant eine Krohn, vel craſſius, eine Kraun. Habemus in terris Meckl. varias dialectos, *vid.* FUNCKEN *ſpec. diſſ. Marpurg. de geranio.*
2. Qvid ſit de Daren, omnibus notum eſt. Verbum daren vel darren i. e. dörren, proletarium eſt. Ratio autem cur de

his

his omnibus cognitum eſt, in denominatione partis domus, qvam dicunt veteres, & hodie plebs ruſtica, de Dönſe. Antiqvæ chartæ eandem appellant hypocauſtum, qvæ vox a καίω, uro, evidenter deſcendit, de Dörnſe. Definiatur ex præpoſitione & rubro, verum hypocauſtum & nominaliter &, qva antiqva, realiter intuitu modi calefaciendi.

3 In Inſtrumento Meckl. de 1556. occurrunt dubbelde Ecker-Schillinge; Juvent curioſi, determinare, pingere.

4. Superſunt cuprei bracteati, Ducales Meckl. & Roſtochienſes, qvos dicimus Scharfe. Ducales habent caput bubali, cum anno & voce Scharf; Roſtoch. nihil præter unilateralem literam germanicam R. & annum, in minderer Zahl. XXIV. faciebant aſſem, unde refertur, venerandum Roſtoch. Theologum, qvo pauperibus & eccleſiis proſpiceret, poſt ſerium elenchum, feciſſe ejus monetæ uſus finem, poſtqvam nempe redemerat magnam copiam, impenderatqve in ahena œconomica. Eadem a Cramero hiſtoria, de Theologo Heroce Pomerano, narratur, in der Pommerſchen Kirchen-Chronick. Cogitans de etymo, vir beatæ recordationis, philologus, dicta biblica Jeſ. XL. 15. & Marc. XII. 42. Luc. XII. 59. XXI. 2. conferebat, inqve hebræa voce leviſſimum pulverem & in græca extenuatam particulam ſe peveniſſe ajebat. Lutheri verſio: Zwey Schärflein machen einen Heller, ponebat concordantiam, cum Mecklenburgicis, da 2 Schärfe einen Pfenning ausmachen. Ludebat ex vocabulis vernaculis ſcharfen, i. e. kleinſchneiden, unde Affſcharfels eſt minuta qvantitas. Laminam appellabat æream, leviſſimi momenti, qvaſi movimenti in comparatione cum minutiſſimis ponderum proportionibus. Habent onomatologiſtæ facile veniam.

5. Etwas auf die lange Banck ſchieben, generaliter hodie de mora effertur. Origo phraſeos eſt ex difficili olim, in civitatibus, deliberatione, ex communicanda, cum omnium fere civium ordinibus, propoſitione. Vid. Dn. Schröders Wism. Hiſt. p. 97.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002510562/phys_0025
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002510562/phys_0026
DFG

Universitäts
Bibliothek
Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002510562/phys_0027
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002510562/phys_0028
DFG

os; ſed oriuntur nebulæ, ad BRUNNEMANNI
10. *Si adminiſtratio a teſtatore, vel judice diviſa,*
*de ſua adminiſtratione tantum tenetur.* Verba re-
ter alia, & hæc erant: denn ſonſt bleibet ihnen wol
irection der Perſon, qvæ ſua natura individua,
wichte und Rechte. Spinoſa hæc ſunt, contra
elis, & a parte judicis & a parte tutorum vel cu-
lter fiat alteri ſubordinatus, opus omnino erit.

*XI.*

*Qvadriga obſervationum ſingularium.*

eckl. cujus prædia, per calamitates bellicas tri-
fuere creditoribus adjudicata, perpetuum ha-
uendi, vel ſi mavis, revocandi, retrahendi, re-
æſitum fuit nomine Magiſtratus Neo-Brandenb.
Resp. aff.
tarium prædii, utut ſeparati, tranſeat, Jurisdictio,
it anno 1658, a Collegio & negatum ſalvis pectis.
in adjudicato partis prædii feudalis, fieri poſſe,
i juris noſtri analogia.
1. C. *qvi pot. in pign.* de hypotheca qvaſi publica.

*******************************

## *COROLLARIA.*

na illa, qvam & ad ripam fluvii noſtri, Warno-
, am Strande, habemus, dicta der Krahn, forte
men indepta eſt, a grue, den Kranich, propter
Novimus qvod geranium appelletur & qvod a ge-
, gerere ab aliis derivetur. Sed hic luſus non
is. Obſtat tamen ingenio ætas & pronunciatio
ud nos, qvæ den Kranich appellant eine Krohn,
eine Kraun. Habemus in terris Meckl. varias dia-
FUNCKEN *ſpec. diſſ. Marpurg. de geranio.*
Daren, omnibus notum eſt. Verbum daren
e. dörren, proletarium eſt. Ratio autem cur de
his